

2015 NJCL Latin 2 Reading Comprehension Test

All the passages on which this test is based are printed on the LAST sheet (page 5) of this test. If you like, you may tear it off now so that you may refer to it more easily while you answer the questions.

The questions begin on the back of this sheet (page 2).

Passage 1 — dē spectāculīs

1. quālēs lūdī māximē Rōmānōs dēlectābant?
A. mūnera B. scaenicī C. circēnsēs D. lātrunculōrum
2. quōrum fūnera hīs lūdīs celebrābantur?
A. aurigārum B. virōrum ēgregiōrum C. omnium cōnsulum D. plēbis
3. quāndō hī lūdī incipiunt?
A. undecimā hōrā B. paulō ante lūcem C. multō post prīmam lūcem D. prīma lūce
4. cūr populus ad locum lūdōrum māne contendēbat?
A. quod sedīlia optima invenīre volēbat C. quod cōsul imperāvit
B. quod initium pompae vidēre volēbat D. quod diēs cōstitutā erat
5. quot sedīlia populus complēre solēbat?
A. pauca B. complūria C. plūrima D. omnia
6. quid initium lūdōrum significāvit?
A. tubae sonuērunt C. cōsul cōnsēdit
B. equī carcerēs intrāvērunt D. pompa ē portā exiit
7. quis pompam ducēbat?
A. equus albus B. aurīga optimus C. puer parvus D. cōsul
8. quō initium certāminis indicātum est?
A. portā claudendā B. mappā dēmittendā C. clāmōre D. tubā quater sonandā
9. quot equī quemque currum trāxērunt?
A. quattuor B. duō C. sēdecim D. ūnus
10. quō agitātor sē crēvit?
A. fōrmā currūs B. nūmerō equōrum C. colōre vestis D. nōmine equōrum
11. quid agitātōrēs fēcērunt ut equōs incitārent?
A. plausērunt B. fremuērunt C. equōs verberāvērunt D. post equos cucurrērunt
12. quid accipit ille quī prīmus trāns lineam trānsit?
A. tunicam albam B. corōnam auream C. frondēs plēnae D. praemium magnum

Passage 2 — mors Aemilii Paulli

13. quis erat Aemilius Paullus?
A. amīcus Hannibālis B. mīles glōriōsus C. cōsul Rōmānus D. contubernālis Lentulī
14. quō modō Paullus vulnerātus erat?
A. levīter B. haudquāquam malē C. gravīter D. magnā cum cūrā
15. quō modō Paullus fortitūdinem dēmōnstrābat?
A. saepe contrā Hannibālem ipsum pugnābat C. in campō apertō sine armīs currēbat
B. hōstes tēlīs vulnerābat D. cōsulem prōtegēbat
16. quid Paullus in complūribus locīs faciēbat ?
A. bellum vītābat B. ē perīculō fugiēbat C. saepe latēbat D. bellum committēbat
17. quid faciēbat Lentulus ubi Paullum vīdit?
A. ēx hoste fugiēbat B. proelium renovābat C. equitābat D. Romam redībat
18. quid faciēbat Paullus ubi Lentulus appropīnquāvit?
A. corpus lavābat B. hostem vulnerābat C. ē proeliō fugiēbat D. in saxō sedēbat
19. quis/quid erat sanguine perfūsus/-um?
A. Lentulus B. equus C. Paullus D. saxum
20. quid tribūnus Paullum facere iubēbat?
A. equum prōtegere C. usque ad mortem pugnāre
B. sēcum ē proeliō ūnā equitāre D. cōsulem necāre

21. cūr tribūnus crēdēbat hoc cōnsilium esse optimum?
 A. quod Paullus satis vīrium habēbat
 B. quod hostēs discesserant
 C. quod Paullus Lentulum prōtegere poterat
 D. quod equus erat mortuus
22. quid Paullus contrā iubet?
 A. ēx urbe fugere
 B. hostēs firmāre
 C. Romam servāre
 D. victōribus cēdere
23. quid fēcērunt hostēs dum Paullus haec dīcit?
 A. equum necāvērunt
 B. eum interfēcērunt
 C. fūgērunt
 D. tēla dēpōsuērunt
24. quid tribūnō accidit?
 A. hostēs equum eius cēpērunt
 B. tribūnus necātus est
 C. tribūnus effūgit
 D. equus eum calcāvit

Passage 3 —Caesar proelium in Africā dēscribit

25. quem Curiō hortārī cōnātur?
 A. hostēs
 B. suōs mīlitēs
 C. Cn. Domitium
 D. equitātum Saburrae
26. cūr Curiō audīrī nōn potest?
 A. quod aeger est
 B. cohortēs precantur
 C. nēmō intellegit
 D. ob tumultum mīlitum
27. quid igitur Curiō crēdit?
 A. sē esse arbitrum
 B. rēs nōn esse miserās
 C. spem omnem āmissam esse
 D. ūnam spem salūtis manēre
28. quid cōnsiliī Curiō capit?
 A. signa dēpōnere
 B. vīcīnōs collēs capere
 C. deōs precārī
 D. signa hostibus trādere
29. quid Curiōnem cōnsilium perficere prohibet?
 A. equitātus Saburrae
 B. Curiō est occupātus
 C. uxor Saburrae
 D. nihil
30. quid igitur mīlitēs Curiōnis respondent?
 A. ad summam collem currunt
 B. dē vītā dēspērant
 C. in castra perveniunt
 D. hostēs capiunt
31. quid mīlitibus fugientibus accidit?
 A. dē equīs dēcadunt
 B. equitēs terrent
 C. interficiuntur
 D. capiuntur
32. quō modō aliī mīlitēs sē servant?
 A. cantandō
 B. procumbendō
 C. latendō
 D. dormiendō
33. quis est Gnaeus Domitius?
 A. frāter Curiōnis
 B. legātus legiōnis
 C. praefectus equitum
 D. Gallus perfidus
34. quid cōnsiliī Domitius Curiōnī persuādere cōnātur?
 A. ut hostibus cēderet
 B. ut spem relinqueret
 C. ut amīcum quaereret
 D. ut in castra redīret
35. quid Domitius Curiōnī pollicētur?
 A. sē prōfectūrum esse
 B. sē semper adfōre
 C. sē hostem necātūrum esse
 D. sē Caesarem monitūrum esse
36. cūr Curiō cōnsilium Domitiī recūsāt?
 A. sē pudēbit, exercitū āmissō, Caesarem vidēre
 B. cōnsilium Domitiī est bonum
 C. nūllam fidem in mīlitēs habet
 D. praemium ā Caesare accipere vult
37. quot equitēs Domitiī supersunt?
 A. ferē omnēs
 B. nūllī
 C. plūrēs
 D. perpaucī
38. cūr aliī mīlitēs sēsē incolumēs in castra cōnferre potuērunt?
 A. fortiter pugnāverunt
 B. morātī sunt ut equōs curārent
 C. celerrimē cucurrērunt
 D. hostēs discessērunt
39. quot reliquī mīlitēs Curiōnis ultimō in proeliō pugnāntēs moriuntur?
 A. ferē omnēs
 B. ūniversī
 C. omnēs praeter ūnum
 D. perpaucī

DON'T STOP! 11 MORE QUESTIONS ON THE BACK OF THIS PAGE

Passage 4 — amīcus domum revenit

40. quem poēta in hīs versibus appellat?
A. sē B. suōs amīcōs C. Vērānium D. amīcōs Verānī
41. quot amīcōs habet poēta?
A. III B. CCC C. MMM D. CCC
42. quis Vērānium **nōn** exspectat?
A. pater B. māter C. frātrēs D. Penātes
43. quālem mātrem habet Vērānius?
A. grandaevam B. trīstem C. aegram D. paucōrum annōrum
44. quō modō frātrēs Vērānī adventum eius habent?
A. sicut poēta B. magnā cum irā C. sunt trīstēs D. sunt incertī
45. quō modō poēta Vērānium excipit?
A. maximā cum irā B. laetē C. poēta est anxius D. dīligerter
46. quō modō Vērānius domum revenit?
A. sine amīcīs B. sollemniter C. magnā lassitūdine D. tūtē
47. quō ex locō Vērānius domum revenit?
A. ex Hispāniā B. ex Hiberniā C. ex Helvētiā D. ē Graeciā
48. dē quō poēta **nōn** audire exspectat?
A. dē geographiā B. dē gentibus C. dē amīcīs D. dē factīs
49. quid poēta ad adventum Vērānī faciet?
A. eum amplectētur B. ex Hibēriā discēdet C. sūaviter cantābit D. bene cēnābit
50. quis est beātior quam poēta?
A. frātrēs Verānī B. nēmō C. hominēs omnēs D. Vērānius

Passage 1 — *dē spectāculīs*

ex omnibus spectāculīs, lūdīs circēnsibus Rōmānī māximē dēlectābantur. etiam fūnera virōrum praeclārōrum hīs lūdīs celebrābantur. diē cōstitutā prīmā lūce turba plēbis ad Circum properābat ut sedilia occupārent. multō ante tempus spectāculī omne sedile tenēbatur. tandem sonus tubārum exaudītur et mox māgnifica pompa, cōsule dūcente, portam intrat. dēnique, omnibus rēbus parātīs, cōsul mappam dēmittit, et statim ex carceribus quattuor quadrīgae ēmittuntur. aurīgae in currū stantēs vehuntur et colōre vestis et currūs facile discernuntur. identidem fervidīs rotīs per spīnam contendunt. dēnique ūltimum spatium ad carcerēs dēcurrunt. aurīgae prōnī vōce verbereque equōs concitant. plausū fremitūque secundō trāns lineam albam volant et vīctor amplum praemium accipit.

Passage 2 — *mors Aemilii Paulli*

cōsul Aemilius Paullus, quamquam graviter ictus erat, tamen et concurrat saepe cum Hannibāle et multīs locīs proelium renovat. deinde Cn. Lentulus, tribūnus mīlitum, cum equō praetervectus cōsulem in saxō sanguine perfūsum sedentem vīdit, ‘L. Aemilī,’ inquit, ‘cape hunc equum, dum et tibi vīrēs manent et ego tē tollere et prōtegere possum! nōlī hanc pugnam morte cōsulis fūnestam facere!’ ad ea cōsul ‘ābī, Cn. Cornēlī, nūntiā senātuī ut urbem Rōmānām mūniant ac, priusquam hostis victor adveniat, praesidiīs firment!’ cōsulem haec dīcentem hostēs tēlīs obruērunt; Lentulum abripuit equus.

Passage 3 — *Caesar, dē Bellō Cīvilī, II.42*

Caesar proelium in Africā dēscribit

Curiō, ubi perterritīs omnibus neque cohortātiōnēs suās neque precēs audīrī intellegit, ūnam ut in miserīs rēbus spem reliquam salūtis esse arbitrātus, proximōs collēs capere ūniversōs atque eō signa īferrī iubet. hōs quoque praeoccupat missus ā Saburrā equitātus. tum vērō ad summam dēspērātiōnem nostrī perveniunt et partim fugientēs ab equitātū interficiuntur, partim intēgrī prōcumbunt. hortātur Curiōnem Cn. Domitius, praefectus equitum, cum paucīs equitibus circumsistēns, ut fugā salūtem petat atque in castra contendat, et sē ab eō nōn discessūrum pollicētur. at Curiō numquam sē āmissō exercitū, quem ā Caesare fideī commissum accēperit, in eius cōspectum reversūrum cōnfirmat atque ita proeliāns interficitur. equitēs ex proeliō perpaucī sē recipiunt; sed eī, quōs ad novissimum agmen equōrum reficiendorum causā substitisse dēmōnstrātum est, fugā tōtīus exercitūs procul animadversā sēsē incolumēs in castra cōnferunt. mīlitēs ad ūnum omnēs interficiuntur.

Passage 4 — *Catullus, Carmina, IX* *amicus domum revenit*

Vērānī, omnibus ē meīs amīcīs
antistāns mihi mīlibus trecentīs,
vēnistīne domum ad tuōs Penātes
frātrēsque ūnanimōs anumque mātrem?
vēnistī. ō mihi nūntiī beātī!
vīsam tē incolumem audiamque Hibērum
nārrantem loca, facta, nātiōnēs,
ut mōs est tuus, applicānsque collum
iucundum ōs oculōsque suāviābor.
ō quantum est hominum beātiōrum,
quid mē laetius est beātiusve?